e-codices

piscem simul cum aqua ad conuiuas capitulum deportauerunt. Qui cum
stuperent quod numquam in suis aquis ibidem repertum esset genus piscium
domino gratias referunt atque a tempore hoc adolescentem filium
suum pro absentia sua minime contristabatur. Qui dum ad uirilem e-
tatem peruenisset ibidem claustrum deo uolente construxit in quo
ea fere ducentorum monachorum pater exstitit quibus non solum uerbis
sed exemplis tantum profuit ut et dederit in die ad meliora produ-
ceret et ut in fine uite sue cum fructu centuplato in anima
ad celestia transmigraret. De preposito libertino.

Fuit in eodem monasterio quod honoratus construxerat quidam re-
uerentissimus prepositus nomine libertinus qui quodam tempore causa ne-
cessitatis confratrum suorum iumentum ascendit ut iter arriperet et cum
ad quendam fluuium deuenisset contigit obuium habere exercitum
ducis gotorum qui cum caballum eius uidit ipsum dicentes caba-
llum eius ei abstulerunt. Qui abiectus patienter ferens dampnum su-
um contulit quod et ipsis flagellum dicens. Accipite et hoc ut iumen-
tum ad ambulandum compellatis. Cum autem deuenissent ad quendam
fluuium ibique equos suos figli ceperunt hastis tundere calcari-
bus certatim sed quamuis fecerint hoc tamen equi immobiles stabant
tunc recordati sunt quod ob penam peccati forsan quod illi mona-
cho equum suum ui et absque iusticia rapuissent. Dicto recurr-
entes libertinum orantem inuenerunt dicentes ei. Serue dei recipe
equum tuum et ora pro nobis deum. Qui sancto nullum minus habuit

Item quadam die De patientia eiusdem. impedimentum
is qui post obitum honorati regimen tenuit contra eundem lib-
ertinum iracundia exarsit et cum non haberet uirgam qua eum percu-
teret arripuit scabellum subpedaneum et in capud eius collisit
liuida ita ut faciem eius totam tumidam ac liuidam reddidisset. Qui
patienter hoc ferens magis patris condolens quod sibi ac uiolenciam quod ipsi
intulit quandam pietate celauit sic dicens cum interrogaretur a fratribus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. 60 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/en/csg/0596/60)